



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula denunciandi menstruos conuentus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

Formula denunciandi missas Pontificales in Ciuitate.

Proxima Dominica die, qua solenni cultu Diui Anastasij celebratur, (aut que erit dies) Illustrissimus, ac Reuerendissimus Archiepiscopus, uti moris est, Missæ sacrum solenniter faciet in Metropolitana Ecclesia (aut quò in loco faciet) qua propter pro ea vos hortor pietate, qua erga suum Pastorem affectus quisque esse debet, cum maximè id præstantibus certæ statutz sint poenarum condonationes quas indulgentias vocant, ut frequentes ad huiusmodi sacra conuenire studeatis.

Formula denunciandi mensiuos Conuentus.

Noueritis, fratres charissimi, feria N. quæ erit dies N. mensis N. mensiuam Conuentum R. R. Sacerdotum nostræ Plebis in Ecclesia Parochiali S. N. loci N. prædictæ nostræ Plebis habendum esse. Hortor igitur vos, ut ad Conuentuale sacrum quod ibi solenne agetur, conueniatis: sic enim fiet, ut Indulgentiarum, quæ dicuntur, a Summo Pontifice Gregorio XIII. concessarum, ut ex ipsius fufius tunc cum recitabuntur intelligetis, participes efficiamini.

Indulgentia a Pontifice concessa promulgetur intra Missam quæ eius Conuentus nomine celebrabitur ex præcepto Concilij Prouincialis 6.

Cum hoc loco imprimendæ essent formulæ ad Moniales pertinentes, illæ verò multiplices sint, & in quibus facile possit contingere error, quò facilius omnibus, & expeditior esset in ijs vtendis ratio visum est nobis breuam instructionem adiungere, eam scilicet, quæ ex Concilijs Prouincialibus desumpta, ab Illustrissimo Cardinali Sanctæ Præcedis, ab eiusque Ministris, in puellis ad Religionem, & nouitijs ad professionem admittendis, longo vsu comprobata, ac seruata est.

Puella igitur, quæ religionem ingredi postulat, anno saltem antequam examinetur, & Capitulo Monialium propo-

natur, supplicem libellum exhibet, in quo Reuerendiss. Archiepiscopo, aut Vicario Monialium suum exprimit desiderium ingrediendæ Religionis.

Vicarius Monialium supplici libello accepto, in eodem præsentationis illius diem notat; puellæ verò Confessarium præscribit, cui deinceps singulis mensibus iuxta præscriptum Concilij Prouincialis primi confiteatur, & sacram communionem accipiat, cæteraquæ præstet, quæ eodem Concilio præcipiuntur. Tringinta ad summum ante diebus, quæ Capitulum a Monialibus habeatur, puella a Vicario, aut ab alio Sacerdote, cui Reuerendiss. Archiepiscopus, aut Vicarius id munus delegerit (nisi id per se ipse præstare velit Reuerendissimus Archiepiscopus) secreto examinatur iuxta formam eiusdem Concilij primi.

In examine hæc potissimum quærentur. De libera, & pia puellæ Religionis ingrediendæ voluntate.

An precibus, aut minis parentum, vel cuiusuis alterius inducta fuerit.

Quamdiu cogitarit de ingrediendæ Religione.

Qua potissimum de causa Monialis fieri velit.

An Religionis vim, & pòdus stelligat.

An vtorum ite, quæ in ea emittuntur.

An regulas, & constitutiones norit, quæ propriæ sunt illius Monasterij, in quò religionem profiteri cogitat.

Interrogatur etiam de doctrina Christiana, an scilicet in ea rectè riteque instituta sit.

An sciat legere; eamque se præsentè legere iubeat.

Tum etiam si examen fiat proximè ante professionem, videat an rectè dicere officium norit.

Quod si examen ab alio quam a Reuer. Archiepiscopo, aut Vicario Monialium fiat, is, qui eam examinarit, totum id quod in examine deprehendit in scriptis ad eundem Vicarium deferat.

Formula status.

Die . . . Mensis . . . Anni . . .
N. filia N. Mediolanensis Portæ
N. Parochiæ S. N. si verò in Diocess
st.